

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Remuneratio d
cum fonte primo

Tribuenda est iustis laboribus compensatio meritorum
quia exprobrata militia creditur, si irremunerata transitur.
Athletam populis palma designat esse uictorem;
sudores bellicos ciuica corona testatur.
Expectant equos eciam premia sua et tanta iusticie uis est
ut nec illis tardius detur laboris precium
qui sentire non poterant denegatum.
Quod, si ita est, dignum est hoc homini reddere
qui per honesta cognoscitur obsequia placuisse.

Cassiodorus ibidem (libro II. epistolarum).

Tribuenda est iustis laboribus compensatio praemiorum,
quia exprobrata militia creditur quae irremunerata transitur.
Athletam populis palma designat esse uictorem.
Sudores bellicos ciuica corona testatur.
Exspectant etiam equos praemia sua et tanta iustitiae uis est,
ut nec illis tardius detur laboris pretium,
qui sentire non poterant denegatum.
Quod si ita est, dignum est hoc homini reddere,
qui per honesta cognoscitur obsequia placuisse.

Aurelius Cassiodorus, *Variarum libri XII.*, 2.28.1-2 (CCSL 96,
A.J. Fridh ed., p.77, ll.3-10).